

153. Instrumentum transumptationis

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

153. Instrumentum transumptionis

1453-11-18

(c. 85v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quadrigentesimo quinquagesimo tertio, regnante serenissimo et illustrissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia Aragonum, Sicilie citra et ultra farum rege, Valentie, Ungarie, Ierusalem, Mayoricarum, Sardinie et Corsice, comite Barchinone, duce Athenarum et Neopatrie ac etiam comite Rossilionis et Ceritanie, regnorum vero eius huius regni citra farum anno decimo octavo feliciter amen, die decimo octavo mensis novembris, secunde ind(ictioni)s, apud civitatem Potentie.

1

Nos Marianus de Inganulo de eadem civitate Potentie ipsiusque civitatis annalis iudex pro d(ic)to presenti anno dicte secunde ind(ictioni)s, Rogerius de Lauro de terra Athane, incola seu habitator civitatis nominate, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes subscripti, viri quidem liciterati ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico transumpti instrumento fatemur, notumfacimus et testamur quod predicto die in nostri presentia personaliter constitutus vir venerabilis donnus Angelus Nicolai Grossi, archipresbiter ecclesie Sancti Michaelis de dicta civitate Potentie, consentiens prius in nos prefatos iudicem, notarium et subscriptos testes qu(a)t(enu)s est pro cauthela, cum sciret expresse ex certa sua scientia nos suos in hac parte non esse, nostram iurisdictionem et officium hiis voluntarie prorogando, ostendit et presentavit nobis ac puplice legi fecit quodam privilegium scriptum in carta de coyro seu pergamena ac sigillatum sive niciatum duobus Il computo dell'era regni è per anno incipiente allungato.

magnis sigillis, unum reverendi in Christo patris et domini Antonii Dei et apostolice Sedis gratia episcopi Potentini, sculptum cum certis imaginibus et armis suis, appensum zagarellis rubeis et aliud venerabilis capituli ecclesie Sancti Gerardi maioris ecclesie Potentine cere rubei, sculptum ymaginibus Beate Virginis Marie et devotissimi Sancti Gerardi, appensum certis zagarellis nigris, // (c. 86r) non abrasum, non abolitum nec in aliqua sui parte suspectum, sed integrum, omni prorsus vitio et suspitione <sic> carente, ut prima facie apparebat. Quod quidem privilegium vidimus, legi audimus et inspeximus diligenter, cuius privilegii tenor de verbo ad verbum per omnia talis est: (si veda il doc. n. 151). Et quia d(ic)tus domnus Angelus Nicolai Grossi archipresbiter, ut supra, d(ic)te ecclesie Sancti Michaelis sua interesse dicebat nomine ipsius ecclesie Sancti Michaelis ac sibi satis utile et necessarium reputabat d(ic)tum privilegium seu l(icte)ram l(icte)ris <in una> seu duabus vicibus exemplatum et transmutatum et in puplicam formam reddactum, hoc pro cautela dicte ecclesie Sancti Michaelis ac omnium quorum et cuius inde interest et poterit interesse certitudine et cautela ac si quotiens et quantus et ubi et coram quibus opus fuerit fieri valeat exinde plena fides, propterea nos prefatos iudicem, notarium et subscriptos testes roga[vit] et requisivit actente, nostrum super hoc offitium quod est puplicum implorando, // (c. 88r) ut predictum privilegium trasmutare, exemplare, insinuare et in presentem puplicam formam reddigere deberemus. Nos vero videntes petitionem et requisitionem dicti archipresbiteri fore iustam et consonam rationi, maxime quia iusta petebat et iusta petenti non est denegandum assensus et officium nostrum, quod est puplicum, nemini

denegare possumus nec debemus, predictum privilegium exemplavimus, transmutavimus, insinuavimus et in presentem publicam formam reddigimus, nihil in eodem privilegio mutato, addito vel subtracto per quod facti substantiam mutaretur, sed de verbo ad verbum prout in dicto privilegio continetur ad ipsius domni Angeli archipresbiteri ut supra nomine dicte ecclesie et subscriptorum eius et omnium et singulorum quorum et cuius interest et poterit interesse certitudinem et cautelam fecimus exinde hoc presens publicum transumpti instrumentum, per manus mei notarii supradicti, signo meo solito signatum, subscriptione mei predicti iudicis ac omnium subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

Quod scripsi ego predictus Rogerius de Lauro publicus notarius qui premissis omnibus rogatus interfui ipsumque meo solito et consueto signo signavi. (SN)
 Ego Marianus de Inganulo annalis iudex et me subscripsi
 Ego domnus Antonellus de Buelo archidiaconus Potentie testis sum
 Ego domnus Bartholomeus de Rangnerii canonicus Potentinus testis sum
 Ego domnus Gaspar de
 Si veda doc. n. 151 nota 1.

Così S per? habere

Così S per transumptatum

Così S per transumptare

Così S per transumptavimus

6

Vineola testis sum Ego diaconus Philippus de Musculo
de Neapoli testis sum Ego domnus Dominicus de Regale
testis sum Ego Valentinus de Populo testis sum

7

8

Così S per Barulo (da docc. coevi)
Dubito della lettura, forse per Ranierio